

ta minus profecto grauius sunt; & illa quidem ob vitanda maiora mala aliquando permilla: domus autem dictæ nullius maioris mali vitandi intuitu tolerabiles inueniuntur; cum aliunde multorum & ingentium malorum causæ certissimæ comprobentur. Pro quo videri possunt statim adducendi. Quod si pretio à iudicibus accepto foueantur, nihil cogitari indignius potest in homine Christiano. Quot in illis flagitia ebulliant, eidem tribuuntur auctori; si quæ iniustitiæ, onus restitutionis inducunt.

18 Quarta circa ludum etiam versatur, pro quâ nequeunt præfati, sicut neque Gubernatores aut Prætores, mentas exponere. Et generaliter loquendo de exponentibus illas, si absurda prædicta, communiter accidentia timeantur & multo potius si experientia consistat, comperitur videtur in eo multa mortalia committi. Pro quo videndi P. Molina *Disput. 521. §. Quod attinet P. Petrus Hurtadus. 2.2. Disput. 173. §. 406. & seqq. P. Dicastillus Lib. 2. de Injustitia. Tract. 18. Disput. 5. Dub. 4. Trullench Lib. 7. Cap. 27. Dub. 1. Diana Parte 2. Tract. 15. Resolus. 65. P. Onate Disput. 131. num. 113. Pharaonius Tract. 1. Sessio. 11. Casu 22. ut alios omittam. Non defuerunt autem qui hanc talem expositionem assererent apud Dianam & Trullench, qui dum communem sententiam tutiorem & veriorem dicit, non videtur oppositam penitus improbare. Procedit autem illa iuxta receptam doctrinam de rebus indifferentibus, quæ ministrari possunt abuluris iuxta dicta *Tir. 1. numer. 144. & seqq. & Tir. 4. numer. 45.* Pro quâ & videri prætereà possunt P. Egidius. 2.2. *Disput. 18. num. 114.* & P. Granadus ibidem *pag. 211. num. 3.* & roborari potest ex receptâ sententiâ de artificibus taxillorum, tabularum, tessarum, seu taxillorum, iuxta quam non peccant, ut videri potest apud Caietanum in *Commentario Artic. 2. quasi. 169. ad finem. circa 3. Dubium. 2. P. Dicastillum, & alios.* Alij autem verosimilius locuti, dum expositionem mensarum non reprobant, si præfata absurda caueantur. Pro quo citati, & prætereà Card. Lugo *Disput. 31. num. 6.* & P. Fragosus *Tomo 1. pag. 207. num. 295. vers. 1.* quia ex se id non habet deformitatem notabilem, cum ludus ex se sit licitus, & leges de illo loquentes vsu non receptæ. Circa quod P. Onate aliquid addit neququam omittendum, dum ait quod etiam inter honestos ludores aliqui miscantur, qui contra mensas exponentium voluntatem iniuste luderent, non est eis omnino absolutio deneganda: quia vitia, ut supponitur, contra eorum voluntatem sunt, & aliàs ludus est iustus contractus, si & pretium pro commoditate exhibitâ ad illum sit moderatus.*

Quid pro illis facias.

19 Et hæc quidem Gubernatoribus & alijs, de quibus loquimur, fauent, in quorum domibus facilius possunt ingentia illa grauamina conscientia caueri, dum ipsi aduigilant, & eorum auctoritas potest collutores in officio continere. Quâ ratione ludus in Corpore custodiæ militaris ut licitus admittitur, iuxta Dianam, & P. Onate supra, quia ut milites nihil exorbitans ludendo committant, adfunt Præfati militiæ. Quod autem ex eo emolumentum aliquod Gubernatoribus accrescat, non videtur obfata, quia gratis à

ludentibus tribuitur, dum eorum gratiam eo pacto facilius & honestius aucupantur. Vnde & illi circa hoc suos habent defensores.

20 Nihilominus secundam ea loquendo quæ communiter accidunt, & ex quibus solet in ordine ad conscientiam grauamen resolutio desumi; prædicta mensarum expositio non videtur licita ob multa, quæ in illâ non tolerabilia concurrunt. Nam *Primo* sine delectu ludentes admittuntur. *Secundo* excessiua ludo exponuntur quantitates, vnde grauius in familias præiudicia resulant. Et quidem cum in Castellâ statutum lege sit ne quis ultra duos Regales ludo exponat; quod in Indijs possit ad octo, aut etiam ad duos octiregales extendi: quomodo non absurdissimum sit, & notabiliter deforme; ut in domo eius, qui administrandæ iustitiæ, & legum obseruationi præficitur, immensæ ludo quantitates exponantur. Licet enim leges dictæ non videantur vsu receptæ; ostendunt tamen grauius inconuenientia in earum transgressione. *Tertio* quia ludus per maiorem noctis partem protenditur, vnde vxorati minus sero in suas fe domos recipiunt, cum grauissimâ earum molestiâ, & litium interminabilium occasione. *Quarto*. Lucrum Gubernatorum esse immoderatum solet, ut satis notum. Vnius ex minoribus huius Regni ciuitatis Prætor, cum per biennium ob litem illi intentatam abfuisset: indoluit ex animo quadraginta mille octiregalium se lucrum propter interceptum ludum amisisse. *Quinto*. Nam eam ij, qui ludere quætuosius possunt, viri potentiores sint, ut ad ludum afficiantur, viuere ut libuerit permittuntur: neque illi solummodo, sed quicumque ad eos possunt pertinere. *Sexto*. Quia cum Magistratus communiter vxorati sint, & filias maivulcas habeant, for intrantium congressu periculis exponuntur, & illæ ut aliquid à ludentibus accipiant, ad eos accedere non verentur, & ab ipsis indecenter contrectari. *Sexto*. Quia Ecclesiastici ad ludendum admittuntur, & modum illi circa substantiam & conditiones ludi transgrediuntur. *Octauo*. Nam importunis precibus solent plures ad ludendum adduci: quo euentu, si perdunt, obligatio restituendi subest, iuxta probabilissimam sententiam, quam cum multis amplectitur P. Thomas Sancius *Tomo 1. Confessorum. Libro 1. Cap. 8. Dub. 9.* & est iuxta mentem omnium si importunitates cum metu adhibeantur, ut accidere frequentius potest; quando ad id per se, aut per alias inuitant magistratus. Pro quo videri potest doctrina Cardinalis Lugo *Disput. 31. citata, num. 28.* iunctis ijs, quæ habet *Disput. 22. num. 148.* Tandem (ut alia omittam) quia in hoc magna ciuium offensio, & scandalum intercedit, & valde vilescunt sic agentes, in eorum oculis, uti homines pessimæ conscientia, quibus priuata lucra potiora iustitiâ sunt; & omni communis boni respectu.

21 Et hæc quidem fere communia sunt, cum sint alia quandoque, quibus absurditas comercij huius aggeratur. Cotingit enim mirabile aliquid, in oculis multorum, ut scilicet qui perdunt, perdant, & qui lucrantur non lucrantur. Quia scilicet lucrantibus non permittitur, ut pecuniam secum tollant sed in arcâ concluditur, ut sic ad crastinum ludum redire compellantur. Quod quidem in

Sed plura sunt contra istos.

Modus præiudicialis compellendi ad ludum, & obligatio restituendi ex illis.

ijs, qui ex ludo non viuunt, sed rarijs in eo se exercent, cum graui iniustitiâ videtur esse coniunctum; forsitan enim non rediret quis, & timore non recuperandæ pecuniæ redit, vnde si redeat, & perdat, obligatio restitutionis emergit, quia talis metus contractum inuoluntarium reddit. Pro quo P. Sancius supra, num. 3. & 7. licet autem sint qui probabiliter sentiant attrahentem ad ludum, quomodocumque id faciat, etiam si per iniuriam, non teneri ad restitutionem eius, quod lucratus est; quia absolute voluntarius ludus fuit, & sicut perire potuit, ita & lucrari, & Incrans ad restitutionem minime teneretur; quod secus accideret, si contractus esset nullus, ut videri potest apud P. Molinam sic tenentem *Disput. 516.* illi tamen de colludente loquuntur, non de attrahente modo dicto, licet ratio videatur similis, quæ reuera non est; eò quod vsu pecuniæ suæ priuatus sit omnino inuoluntariè & huic coactioni metus est amissionis adiunctus, & ad hunc modum alia adueniuntur quotidie conquirendi per ludum artificia, auctore diabolo: in quibus iniustitiâ vngues statim ostendit suos, ex quibus eam dignosci operolum non sit, & ita confessorij officio suo poterit satisfacere, ex principijs communibus, & sententijs per Doctores Classicos approbatis. Vnde nos ad alia.

De obligatione circumuehendi noctu ciuitatem, cum notanda doctrina.

22 Quinta obligatio est circumuehendi noctu ciuitatem, & submouendi quidquid occurrerit noxiale. Circa quod docti aliqui ita sentiunt, ut licet iuramentum circa custodiendas leges præcesserit, quod ad speciale illam, de qua loquimur, le extendat, non tamen sit periturus minister publicus; si noctu post signum nolæ inueniat per urbem, etiam cum armis, sibi notos, & consanguineos, & illos abire sinat, cum ea sit consuetudo, & vsus receptus; quomodo certò sciat nullum dânnum ab ipsis alicui inferendum. Quod etiam habet locum quando nobiles inueniuntur, præsertim si ex eorum delatione detrimentum aliquod timeatur: non enim obligat iuramentum cum notabili periculo, ut est sententia communis. Sic P. Fragosus *pag. 524. vers. Accedit,* citans P. Lessium *Lib. 2. cap. 13. dub. 10. num. 76.* ubi nec verbum; & licet videatur de ministro iustitiæ loqui, qui magistratus non est, cum ab obligatione accusationis ob metum excuset: re tamen vera de Iudicibus, & Magistratibus loquitur, ut patet ex contextu, & magistratus etiam timere aliquando; atque ex timore aliquid obligatorium prætermittere possunt, si inde illis speciale detrimentum imminet; dummodò Respublica ex eo notabile detrimentum minime patiatur. Aliquid ergo ob similitatis tumultus, iniquas capitulationes vitandas nobilibus potest indulgeri. Alios autem ob pretium aliquod, & respectum humanum, non attingere, & in turpi commercio inuentis diabolicam indulgentiam ob largitionem concedere, piaculum est, quod vitinam possint tales per sacras indulgentias expiare.

De obligatione circa ludos publicos.

23 Postrema (ut præteream alias ad prædictas reuocandas) circa ludos publicos versatur, ut taurorum agitationes, equestres velitationes, canis pro lanceis adhibitis, comedias, & similes, & quod ad istas attinet, nihil est, quod pro Indijs occurrat speciale: circa ludos autem dictos sint-

nè liciti, quod ad equestres velitationes attinet; dubitari nequit de quibus similiter dicendum nihil pro Indijs peculiare haberi. Quoad agitationes verò taurorum peccare profecto dicti Magistratus possunt, si eorum vsum frequentiore inducant; cum constet in Indijs cum speciali periculo Indorum exerceri: quod ex naturâ rei illicitum est; & specialiter à Clemente Octauo in Bullâ omnium circa hoc temperatissimè prouidetur; pro quo videndus P. Thomas Sancius supra *dub. 31. num. 2. & 12.* Vnde & poterat dubitari an generaliter peccatum graue sit illud permittere, ad supremos etiam Magistratus referendum. Quod equidem mihi ita videtur; sed nihilominus assero illis circa hoc non esse scrupulum iniciendum, quia ad nihil deseruiet, nisi est qui bonâ procedunt fide malam habere incipiant, & eâ non obstante iuxta consuetudinem operentur, quamquam & futuros plures pro certo haberi possit qui conscientias Magistratum omnino sint securas reddituri, quicumque autem ludi sint, pro expensis in illis faciendis collectas facere, & Officiales inferiores, seu mechanicos artifices irremissibili exactione grauari, sicut & rerum ad vsum quotidianum in victu, & alijs opportunarum venditores, non videtur quomodo possit cum iustitia componi. Licet enim aliquorum sententia sit ciuitatibus collectas esse licitas, dum à Receptoribus pro communibus necessitatibus fiunt, & ita vsque ad certam quantitatem in regnis Hispaniæ concessæ, ut cum alijs tradit D. Escalona in *Gazophylacio Part. 1. pag. 160. num. 6.* illæ tamen non ab aliquibus, sed ab omnibus attentâ singulorum facultate exigendæ sunt, ut docent communiter Doctores, & inter alios Syluester, Vivaldus, Sayrus, Duardus, Bonacina, quos adducit, & videtur sequi P. Palaus *Tomo 6. Disput. 3. Puncto 6. num. 3.* quando quidem eos citat, nec contradicit; sed neque contradicere potest, cum sit communis explicatio, pro quâ etiam stat P. Thomas Sancius *Tomo 1. Confl. lib. 2. cap. 4. dub. 1. n. 2.* & alij.

24 In eo autem non est certa eorum sententia, quod per Bullam quæ existimant non excommunicari collectas imponentes *Excommunicat. 5.* id quod potest ex ipsâ collectæ explanatione probari: cum enim per eam non imponatur onus improporabile ciuibus, sed ab illis iuxta mensuram facultatum exigatur, nulla in eo esse inæqualitas potest, & ita neque iniustitia, sicut accidit in alijs exactionibus: & prætereà collecta est ad actum vnicum; & ita transit, cum tamen exactiones aliæ soleant æternare. Quæ cum ita sint; collecta quæ solos ordinarios artifices, & viliores venditores grauat, pro exigentium arbitrio, profus videtur iniusta: pro quo auctores quamplures adducit Diana *Tomo 1. Tractat. 3. Resolut. 2.* proportionabilitatem tamquam certissimam necessariam statuentes. Quod si dicatur id quod ab illis colligitur esse sufficiens, & ita non oportere collectam ad alios extendi id quidem tunc stare poterit, quando ij, qui hoc anno contribuerunt, anno sequenti nihil tribuunt, & ita currentibus annis ea seruetur proportio, ut tandem omnes partem oneris constet sustinere: & satis quidem videtur absurdum, ut ditiorum, ac potentiorum voluptas pauperum sudoribus dispo-

De agitatione canis.

Collecta pro ludis qualiter faciendæ.

In Bullâ Cæna non comprehendit, etiam si excessiua sint: & ex collectis explicatis.

diſponatur, qui eam, quam tribuunt partam ſudo-
re pecuniam omnibus habent ludis Circenſibus
potiorē. Licet autem iniuſta huiusmodi collectæ
ſint, non videntur excommunicatione citatâ
comprehenſæ, quia de illis non eſt ſermo. Quod
etiam ex aliâ poteſt probabili doctrinâ ſaluari;
quod ſcilicet cum facultas eſt ad genus aliquod
exactionis, per exceſſum in illâ non incurritur
excommunicatio prædicta. Sic Nauarrus, Hu-
golinus, Cardinalis Toletus, P. Filliucius, Sayrus,
& P. Reginaldus, apud P. Palaum ſupra num. 6.
cum ergo collectæ. Parliamentis, Capitulis, an
Conciliiſ civitatum liceant, excommunicatione
præfatâ non comprehenſas probabiliter aſſeren-
dum. Pro quibus non amplius.

CAPVT IV.

Senatores Urbani an abeſſe poſſint
ad cæſum vocati in Indiis. Vbi
de peculiaribus quorundam mune-
ribus.

Aſſertio 2.
abſolute
negans.

25 **D**ico primò: Generaliter loquendo;
nequeunt Senatores vocati ad cæ-
ſum, abeſſe, nullo extante iuſto im-
pedimento. Id clarum, quia officio deſunt in
re magni momenti, vbi ſcilicet de communi bo-
no civitatis agitur, & idoneis officialibus eli-
gendis.

Aſſertio 1.
& ſub
mortali.

Dico ſecundò: obligatio talis eſt ſub morta-
li. Conſtat ex ratione adductâ; quia ſcilicet cum
hoc onere officium ſuſcepit, cuius prærogatiuis
fruitur; qui autem ſentit honorem, etiam onus
ſentire debet vt eſt regula iuris notiſſima.

Aſſertio 3.
ſed non
ſemper.

Dico tertio: ſemel aut iterum ſine legitimâ
cauſâ abeſſe, quando nihil agendum, pro quo
abſentis ſuffragium magni momenti eſſet, graue
peccatum non eſt. Probatur; qui vocat non
vrget ſuo præcepto, & aliâ abſentia in præiudi-
cium boni communis non cedit; ergo non eſt
vnde eſſe mortale peccatum queat.

Aſſertio 4.
neque om-
nes, ſed
meri Sena-
tores.

26 Dico quartò. Qui in Capitulis India-
rum meri Senatores ſunt, magis ſpeciali obliga-
tione ad aſſidendum cæſibus tenentur, quando
ad illos conuocantur. Aſſertio hæc ſupponit in
Capitulis Indiarum eſſe aliquos, qui meri Sena-
tores non ſunt, quod reuera ita eſt: ſunt enim
officia quædam, quæ à Rege iis venduntur, & vt
maioris æſtimationis ſunt, Senatorum cæſui ad-
ſcribuntur, cum voce, & voto, vt dicitur, in Ca-
pitulo; & aliis Senatorum prærogatiuis. Et hi
quidem cum dignitatem Senatoriam velut ac-
ceſſoriam habeant, in cuius conceſſione non
onus illis, ſed honorem conferri Regis videtur
intentio; inde eſt vt de onere id ſumere poſſint,
quod iſtis placeat, & ita ad cæſum venire pro li-
bitu: non ſic autem meri Senatores, qui onus
non acceſſoriè habent, ſed ex primariâ officij in-
ſtitutione; & ita ad cæſum venire grauitè obli-
gantur: quæ autem officia ſunt illa, in quibus
onus acceſſorium eſt, ſatis iſtis habentibus con-
ſtat, ſicut & aliis Senatoribus. At nonnulla
proferamus; talia videntur Protoſcribæ mari-
mi; Depoſitarij, Protectoris bonorum de-

functorum, Adminiſtratoris cenſuum Indo-
rum, Præpoſiti Haberiæ, & alia, quæ vide-
mus in diuerſis Prætoriis & ciuitatibus nouiter
exoriri.

Aſſertio 5.
etiam ſi ſuf-
fragio nihil
obuenit
frequen-
tius.

27 Dico quinto: qui vocatus ad cæſum ire
renuit, eò quòd frequenter illius ſuffragium nul-
lius momenti eſt in ordine ad bonum publicum;
non ideò deſiſtere proſus poteſt; ſi merus Sena-
tor ſit. Ratio eſt; quia licet frequentur id acci-
dat, non eſt tamen moraliter certum ita futurum
ſemper, cum in Reſpublicâ Chriſtianâ zelus boni
publici ſaltem in aliquibus non ſit res penitus
deſperata: mutari enim in melius poſſunt, &
eius exemplo minùs dociles prouocari. Ad au-
toritatem etiam Reipublicæ ſpectat, vt in eius
cæſu Cato aliquis, aut Fabius inueniatur. Itaque
aſſiſtentia talis prodeſſe poteſt, nocere nequit:
ergo ad illam ratione officij tenentur vt in plu-
rimum Senatores.

Aſſertio 6.
ſecus, ſi
certum ſit
in caſu a-
liquo.

28 Dico ſextò: ſi certò ſciatur in Capitulo
concludendum aliquid pro re iniuſtâ, quæ ſcili-
cet in notabile damnum Reipublicæ cedat, &
vnus tantum ſit pro iuſtitia certans, non peccabit
mortaliter ſi non veniat. Sic à fortiori tenentur, qui
id etiam aſſerunt quando concludendum ſcitur à
maiori parte, de quibus ſtatim. Probatur; quia
aſſiſtentia in hoc caſu non deſeruiet ad damnum
repellendum, neque ad alium magni momenti
effectum: ergo non eſt mortale illam denegare;
neque obſtat quod dudum eſt à nobis dictum
Aſſertione præcedenti: nam de frequenti abſentia
eſt ratio diuerſa: quod autem ad auctoritatem
Reipublicæ attinet, per abſentiam ipſam habe-
tur; dum enim quis adeſſe renuit; ſatis oſtendit
cæſus iniquos ſibi diſplicere, vt dicere cum Iacob
poſſit: In Conſilium eorum non veniat anima mea,
& in cæſu illorum non ſit gloria mea. Genef. 49.
verſ. 6.

Genef. 49.
v. 6.

29 Dico ſeptimò: eſt probabilè ſit idem
dicendum quando conſtat concludendum à ma-
iori parte; ſic enim tenent Ledetma, Valerius,
Nicolaus Garcia, quos adducit, & ſequitur
Diana Parte 1. Tractat. 3. Reſolu. 18. Oppoſitum
tamen videtur veriùs, & ſolidiori innixum funda-
mento: quod tenent Cardinalis Paleotus, Mol-
ſeſius, & Madariaga apud eundem. Probatur;
quia Senatores tenentur vt poſſunt pro bono
publico certare, & ita adeſſe quando eorum præ-
ſentia magnæ eſſe vtilitati in ordine ad illud po-
teſt; atqui in hoc caſu ita contingit; ergo debent
aſſiſtere. Maior eſt certa, & Minor oſtenditur:
nam licet pro parte contraria concludendum ſit,
valde tamen intereſt, vt qui pro iuſtificata ſuffra-
gantur, plures pro ſe habeant, ſic enim ad ſuffra-
gandum liberiùs incitantur, & eorum ſuffragia
multis innotescunt. Vnde Reſpublica gaudet, &
meliora ſibi promittit; tum etiam quia ſic vita-
tur ſcandalum, quod multis datur videntibus ci-
ues, & ciuium iuratos patronos, aut contra Rem-
publicam agere, cuius bonum debebant procur-
rare; aut non audere ſic agentibus reſiſtere; &
ita omnes quæ ſua ſunt quærere, non quæ Jeſu
Chriſti; id eſt quæ pauperum, quæ oppreſſo-
rum, quæ ſub impoſitionum oneribus, conge-
mentium. Tum denique: quia licet conſuſio
pro re iniquâ videatur certa; poteſt tamen ali-
ter accidere; vt non ſemel eſt experienciâ com-
probatum;

Aſſertio 7.
non tamen
cum à ma-
iori parte
concluden-
dum, pro
contraria
alijs ſtan-
tibus.

probatum: dum auditis Senatorum zelo boni
publici exardeſcentium rationibus, alij, qui in
partem propendebant contrariam, in melius
commutantur. Vbi nequit dici alios priùs ſuffra-
gatos; nam cum ante publicatam determina-
tionem locus ſit retractationi, ſemper eſſe ſpes
poteſt dictæ mutationis. Quod ſi ſuffragia ſunt
ſecreta, id eſt multò certius: nam multi qui ex-
teriùs vnum dicunt, aliud in foro ſecreto perfi-
ciunt. Vnde quando ſic res peragenda eſt, num-
quam eſt de bono ſucceſſu penitus deſperandum.
Quod tandem comprobari ex Regiis Auditori-
bus poteſt, qui deſſe nequeunt, cum circa ali-
quid deliberandum eſt, in quo eorum ſuffra-
giam nihil pro cauſâ profectorum iudicatur.

CAPVT V.

Circa obligationes Fidelis-Executoris.

Fidelis-
Executoris
quod m-
nus.

30 **S**olet officium hoc à Rege vendi, &
vni tantum, quæ ad illud ſpectant,
conuenire, ſæpe ſapientiùs autem ad Vr-
banos Senatores pertinent annuatim ſeruientes.
Illorum autem munus eſt: annonaria prouiſio,
viſitatio, & taxatio victualium, quod per Regia
ſcripta eiſdem referuatum: de quibus agit Dom.
Solorzonus lib. 4. Cap. 1. num. 19. In quo qui-
dem frequentia ſolent admittiſeri peccata; & in
primis, ſi panis Verbi gratia pretium ita taxetur,
vt nullum, aut valde exiguum lucrum piſtoribus
relinquatur, licet bono videatur fieri zelo, ſed
non ſecundum ſcientiam. Ex eo enim ſit panem
minoris ponderis vendi, & in graues ſcrupulos
vendentes incidere: & cum minore pondere
deprehenſo mulctantur, iniuſta eſt condemnatio,
& ita duplicia damna patiuntur. Fir etiam ex eo
plures ab illo minimè lucroſo artificio deſiſtere,
& ſic Rempublicam inde plus detrimenti capere,
vnde emolumentum quærebat. Et hoc quidem
licet rariùs accidat, eſt tamen ita accidere mihi
penitus exploratum. Nec dici poteſt annis, qui-
bus triticum viliùs emitur, plus lucrari, & ita mi-
nus lucrum ſequentis anni eo pacto compenſari.
Non enim in hoc genere modus talis compenſa-
tionis admittitur, quia eſt circa res, quarum pre-
tium variatur, & ſemper illud attendendum eſt
ſecundum præſentem ſtatum; vbi aliter non fue-
rit pacto firmatum. Cum ergo triticum hoc
anno cariùs ematur; iniquum eſt piſtores com-
pellere, vt eodem pretio, aut fere eodem, panem
vendant; vnde moderatum illis debet lucrum aſ-
ſignari: id quod eſt omnium ſententiâ manife-
ſtum: & ita obligatio reſtitutionis; ſi ſecus fa-
ctum fuerit, conſequentè aſſerenda.

Circa pi-
ſtores no-
tanda do-
ctrina, vt
lucrum a-
liquo ex
officio ha-
beant: &
de obliga-
tione: reſti-
tutionis,
ſi ſecus
ſit.

31 Dico ſcienti & volenti non fieri iniuriam,
& ita cum nullus piſtores ad commercium tale
compellat, ſi ipſi illud cum onere prædiſto ſuſci-
piunt, nulla ex eo obligatio in Reipublicæ mo-
deratoribus reſultabit. Sed contra hoc eſt: nam
licet tales ſpontanei ſint, nihilominus pro vtilitate
publicâ laborantibus merces condigna debe-
tur. Faciunt enim voluntarij id, quod ſi non
facerent, aut ipſi aut alij facere cogerentur: ne re-
fugium panis, omnium maximum, Reipublicæ
deſſet. Sicut ergo iniuria fieret illi, qui com-
probatum;

pelleretur officium dictum exercere nullo, aut
ſatis exiguo lucro, & obligatio inde reſtitutionis
emergeret, ſic etiam in caſu, de quo eſt ſermo,
dicendum: licet in priori propter violentiam
pretium deberet augeri; non quidem minuendo
panis pondus, ſed aliquid per modum mercedis
tribuendo, quæ diurno labori reſponderet, aut
priuilegio alio, quod eſſet pretio æſtimabile, iux-
ta illius voluntatem. Accedit quod iam inſinua-
tum eſt, cum de rerum pretio agitur, iniuſtitiam
Reipublicæ adminiſtratores committere, ſi illud
citra iuſtum conſtituant, & ad reſtitutionem ten-
neri, quia damni multiplicis cauſa ſunt, etiam ſi
ij, qui vendunt, voluntariè vendant, quia in eo
vendendi modo inuoluntarium aliquid admisce-
tur, ex neceſſitate urgente. Cum enim artificioſum
ſuum quiſque habeat multis expenſis inſtru-
ctum, aut aliud vitæ quærendæ genus, cui iam
aſſueuit; duriffimum eſt ad noua diuertere: &
ita cum vtantur aſſuetis exiguo lucro, quia ſic
Magiſtratus urgent, neceſſitatis planè imperio
compelluntur. Pro quo eſt doctrina P. Leſſij
Lib. 2. Cap. 12. n. 63. vbi ait quòd ſi preſſus ne-
ceſſitate famulus exiguo conuenit, quia domi-
nus ampliùs dare noluit; tunc quòd operam ſuam
multò pluriùs valentem tam paruo locet; non
ſponte facit (ſicut ſi quis neceſſitate preſſus paruo
vendat rem aliquam magni pretij) tenetur ergo
dominus ſupplere ſtipendium ad æquiualentiam.
Sic ille, ſtatim addens hoc debere intelligi: ſi do-
minus tali ſeruitio egebat, vel ſi magnum ex eo
capiat emolumentum: tunc enim merces non
minuenda, iuxta Nauarrum Cap. 17. num. 108.
& ſeq. Pro quo & iam P. Dicakillus Libr. 2.
Tract. 2. Diſp. 9. num. 147. cum aliis. Atqui piſto-
rum opera valde eſt neceſſaria Reipublicæ, vt
conſtat, & magnum ex eâ emolumentum capit.
Licet autem doctrinam P. Leſſij non omnes ve-
deantur amplecti, dum affirmant famulos in ne-
ceſſitate conſtitutos poſſe minori pretio condu-
ci: re tamen verâ non contradicunt: volunt e-
nim minori quietem pretio conduci poſſe; iuſto
tamen, attentâ vtilitate, quæ domino ex labore
eius accreſcit, ſecundum communem æſtima-
tionem. Pro qua conciliatione adeſt Bonacina
Diſput. 3. de Contractibus. Quæſt. 7. Punct. 4. n. 6.
Quidquid autem de hoc ſit, aliunde eſt certiſſi-
ma noſtra poſitio, quia ſcilicet opifices, & vi-
ctualium venditores pro Reipublicæ bono ab
eadem inuitantur, ex quorum defectu gratia pa-
teretur incommoda, & ſic non vt voluntarij ha-
bendi ſunt, quorum vileſcant opera; ſed vt pro
neceſſitate vocati: & ita congruum eſt illis pre-
tium pro operis & victualibus aſſignandum, cuius
violacione onus reſtitutionis ſupra ſe tollant ne-
ceſſe eſt nimium iuſti Magiſtratus. Vnde eſt et-
iam communis Doctorum ſententia Mercato-
res poſſe plus exigere ratione officij: pro quo vi-
deri poteſt Bonacina ſupra Quæſt. 2. Punct. 4.
num. 30. apud quem alij.

P. Leſſij.

Famulo
debetur iu-
ſtum ſti-
pendium
etiam ex
neceſſitate
ſeruienti.

Sed minus
quam in-
uitato.

Mercato-
res plus
petere poſſe
ratione
officij.

Gratius
peccatum
in exceſſu
pretij non
curato.